



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

I. Contra Clericos ad Sacros Ordines male promotos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**



ADHUC ALIÆ  
SUMMORVM PONTIFICVM  
CONSTITVTIONES.

**C**UM præter superiores ut plurimum alia citarentur Constitutiones, nefas esset, illas hic tacitè præterire, quin potius, quotquot in hoc opere advocantur, dare per extensum libuit, ne quid desideretur, inchoando scilicet à Pio II. usque ad Urbanum VIII. ut patet, transgressis hæc, quæ jam supra excussa, hic uno verbo sunt notata.

Contra Clericos ad sacros Ordines malè promotos

CONSTITVTIO I.

Part. 2. Alleg. 6. 8. & 20.

**PIVS** Episcopus, servus servorum Dei,  
*ad futuram rei memoriam.*

**C**UM ex Sacrorum Ordinum collatione character invisibilis animæ imprimatur, Sacra Mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione excessus graves tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis in jura in montibus fidelium scandala generantur. Cum ita-

que (sicut dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli Clerici extra tempora à jure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui vero sine dimissoriis licetis contra sanctiones Canonicas se faciunt ad Sacros Ordines promoveri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut alius in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apost. hac Constitutione

T 2

perpe-

perpetuo valitura statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris, etiam Citramentanis (præterquam si in hoc ultimo casu per Cameram Apostol. juxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri) à suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea ultra alias pœnas in tales generaliter à jure inflictas beneficiis Ecclesiasticis possint jure privari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Romana Curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italos post duos menses, alios verò Ultramontanos post sex menses ab ipsis in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostol. publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno ab Incarnatione Domini

ca 1641. quinto decimo Kalend.

Decembris Pontificatus nos

tri anno 4.

† †  
2

Super forma juramenti professionis Fidei.

† †.

Part. 3. allegat. 61.

PIUS Episcopus, servus servorum  
Dei, ad perpetuam rei memoriam.

**I**n junctum nobis Apostolicæ feruitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens, ad providuam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis, divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem, & gloriam in eunctanter exequi properem. Cùm itaque iuxta Concilii Tridentini dispositionem, omnes quos deinceps Cathedralibus, & superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonatibus, & aliis quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus provideri contingeret, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Rom. Ecclesiæ obedientia permanuros spondere, & jurare teneatur: Nos volentes, etiam per quoscunque quibus de monasteriis, Conventibus, domibus, & aliis quibuscunque locis Regularium, quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo providebitur idem servari, & ad hoc,

133